Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Jodoci Badij asce[n]sij Stultifer[a]e navicul[a]e seu scaph[a]e, Fatuarum mulierum: circa sensus quinq[ue] exteriores fraude nauigantium ...

Badius Ascensius, Jodocus

[Straßburg], 1502

VD16 B 145

Elegia Eue

urn:nbn:de:bsz:31-294548

nequiter fęceritis: voluptates cito abibit: nequiter factũ illud apud vos ſemꝑ manebit &c̃. Fugiamus ergo ſtulticiã & audiamꝰ primã parentẽ: ita q̃ritãtẽ:

Euę prothoplaſtę ad cunctos mortales elegia.

Diſcite mortales miſerę lamenta parentis.
Et procul a noſtra vertite vela rate.
Illa ego quę fueram nulli ſubiecta ruinę
Nec viſura malum: nec ſubitura necem:
Quę genitura viro pulchram ſine crimine ꝓlem.
Inqꝫ puerperio leta futura meo:
Quęqꝫ immortales fueram viſura nepotes
In paradiſiacis ludere colliculis:
Mox rapienda: deo ſic imperitante per alta
Sidera in ętheram glorificata domum:
Illa inquam: vt vetitum malis abſumere pomum
Auſa fui longum tollor in exilium
Prima etenim dubię damnoſa pericula nauis.
Stultorum ingredior ſtulticięqꝫ parens
Nam quia diuinam petij ſtultiſſima mentem
Deſtinor exitio poſteritaſqꝫ mea
Immenſos ſubigor pariens tolerare dolores

Elegia Eue.

Nec cum virgineo gignere honore datur.
Hei mihi fallaci quę ceſſi credula viprę
Frenaqꝫ non poſui ſenſibus ipſa meis
Nuda per ignotas cogor trañare procellas
Neſcia quem portũ: quemve habitura modũ.
Namqꝫ ſupercilio ſi me deus ipſe tremendo
Condemnare velit: commerui interitum
Sed ventura meę virgo eſt haud conſcia culpę:
Contritura tuum perfida vipra caput.
Quę quia ſupremo gnatum eſt paritura tonanti
Commoda iuſticię vincet originę
Nam neqꝫ peccato quondam maculabitur vllo:
Nec deerit quęuis gratia verbiparę.
Currite fœſtino fœlicia ſæcula curſu:
Vt nouus in terris conſpiciatur adam
Interea iugi pulchram certamine palmam:
Contra ſtultiferas quęſo referre ſcaphas.

¶ Sequitur ſcapha ſtultę viſionis ad ſtultiferã nauem peruehens.